



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CX. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Stendal den von seinem Vater erhaltenen Zoll, am 3. October 1327.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

Winckel, quando voluerint et eis placuerit, dummodo lapides et instrumenta ejusdem ecclesie in edificium sive structuram alicujus sacri loci integraliter reponantur. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Actum et Datum Stendal, Anno Domini MCCCXXVII. Dominica ante palmas, quando cantatur: *Judica me Deus.*

Nach Beckmann's Beschreib. a. a. D., Sp. 265. 266. — Lenz, Br. Urk. S. 229. 230.

CX. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Stendal den von seinem Vater erhaltenen Zoll, am 3. October 1327.

Lodewicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, Palatinus Reni, Dux Bavarie, Sacri Imperii archicamerarius, fidelibus suis dilectis, consulibus latque universitati civium in Stendal gratiam suam et omne bonum. Donacionem super proprietate thelonei dicte nostre civitatis Stendal vobis et vestris posteris a Serenissimo principe domino et genitore nostro carissimo, Domino Lodewico, Romanorum Rege, de sue potestatis regie plenitudine liberaliter concessam et factam cum pleno iure approbamus, approbatam ratificamus, et ratificatam presentis nostre pagine patrocinio solempniter confirmamus. Et vt dicte nostre approbacio, ratihabitio atque confirmatio robur optineant perpetue firmitatis, presentes inde confici iussimus et sigilli nostri munimine mandauimus de certa nostra sciencia fideliter communiri. Presentibus spectabili viro Domino Bertoldo, Comite de Henneberg, nobili viro Buffone, Comite de Manffelt, honorabili viro Segero preposito ecclesie Stendaliensis, Wenero de Arneborch, magistro nostre coquine, Gunthero de Sandow, et Cillingo, militibus, Arnolde de Roffawe, nostro Advocato, et Sifrido de Buck, famulis, cum aliis ydoneis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Datum Arneborch, in nostra presencia, per manum Hermanni de Luchowe. Anno Domini MCCCXXVII. Sabbato proximo post festum Michaelis.

Nach dem Orig. des Stend. Rathesarchives No. 57b.

CXI. Markgraf Ludwig vermehrt die Ausstattung der Pfarre zu Arnim durch eine Hebung aus Hindenburg, am 22. Dezember 1327.

In nomine Domini Amen. Nos Lodewicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, Palatinus Reni, Dux Bavarie, Sacri Imperii Archicamerarius, recognoscimus per presentes, quod propter Deum et ob salutem anime nostre dedimus et per presentes donamus plebano Ecclesie in Arnem et suis successoribus nec non doti ibidem proprietatem omnimodam super duobus talentis viginti denariis minus in censu mansorum et arearum ville Hindenburg cum plena libertate et commodo, ita quod nichil juris nobis vel nostris successoribus reseruauimus in